ternæ imitationis, aut ſaltem: præcipua haberi non debet; ſed quòd parentes puniuntur in liberis, qui eorum pars cenſentur, ex Philoſoph. *Ethicor.* 5. *c.* 6. *& maj. moral. l.* 1. *c.* 34. notat Lotter. *ſup. n.* 65.

69 Licèt autem contraria ſententia cum *Sanch.* tenenda foret; Ampliatio, quam idem tradit *ibid. n.* 15. non poſſe admitti videtur: ait enim filium genitum, poſtquam pater hæreſim mente conciperet, priuſquam ad actum externum perveniret, non incurrere pœnas in liberos hæreticorum ſtabilitas. Sed hoc ipſius potiſſimo fundamento: deſtruitur; nam ſi filii plectuntur eo quod ex ſanguine infecto ſunt procreati, infectio non provenit ab actibus externis, ſed à pravitate animi, qui cùm per mentalem voluntatis actum ſit contaminatus, pro penſio ad imitandum paternum facinus in prolem transfundetur. Nec placet; quod in probationem adducit: ſcilicet leges in imponendis delictorum pœnis non inſpicere ſolam infectionem internam, cum propter illam, nec ipſi delinquentes teneantur, undè multò minùs filii inſontes puniri debent. Nam, ſi, ut ipſe opinatur, ideo filii ante delictum concepti pœnas non incurrunt, quia infecti ſanguinis vitium non contrahunt, neceſſariò attendendū eſt ad actus etiam internos, ad dignoſcendum an ſanguis ſit infectus, nec ne, cum hoc ſolùm cauſa animadvertendi in liberos culpæ expers ſit: Ipſe verò delinquens propter infectionem ſanguinis non patitur, ſed ob proprium ſcelus; quòd niſi per actus externos manifeſtum fiat, ſenſibuſque percipi poſſit, punibile non eſt; *l. cogitationis* 18. *ff. de pœn.* quare nec in hæreticum mentalem jura ſtatuunt; cùm Eccleſia de occultis judicare non valeat, *cap. unic. §. Porrò. ut Eccleſiaſt benefic.* Gloſ. *verb. Tolerare, in cap. litteras* 3. *§. Quod ſi non habeat, de reſtit. ſpoliat.* Thom. Delben. *de immunit. Eccleſiaſt. to* 2. *c.* 19. *dub.* 59. *ſect.* 2. *n.* 10. Ricciul. *de perſon. extragrem. Eccleſ. l.* 4. *c.* 10 *n.* 10. cui ſolùm de manifeſtis judicium datum eſt, ut ait Pontifex *in cap. tua nos.* 34. *§. ult. de ſimon.* Lotter. *ſup. l.* 3. *q.* 29. *n.* 15.

Verſ. *Secundò, pro Calderino.*

70 Proximè quæſtioni hæc adeo affinis eſt, ut ſimul à DD. de utraque ſoleat diſputari, cum ex eiſdem ferè fundamentis earum pendeat reſolutio, ut videre eſt apud Sanch. *ſup.* Anton. Gom. *d. n.* 16. Cevall. *q.* 653. Dubitatur itaque num filii proditorum in Principem incidant in pœnas *d. l. quiſquis*, præſcriptas in filios reorum læſæ Majeſtatis, qui jam erant concepti tempore facinoris perpetrati? Partem negativam amplexi ſunt Sanchez, *n.* 10. *cum ſeqq.* Cevall. *ex n.* 14. Suarez *in ſuo Theſaur. lit. F. verb. filii, n.* 226. Clar. *in d. §. Læſæ Majeſtatis, n.* 12. Gothofred. *in gloſ. lit. Q. in d. l. quiſquis:* Bonacoſ. *ſup. verb. Filii ante delictum patris.* Oroſc. *in l. emancipatum, n* 4. *ff. de Senatorib.* Olan. *in concor. jur. lit. F verb Filius, n.* 68. Cifuent. *in l.* 4. *Taur. n.* 3. *verſ. Secundo modo limitatur,* Molin. *dec.* 11. *n.* 55. Ojed. *ſup. d. cap.* 23. *n.* 98. Pat. Molin. *ubi proximè,* Guttier. *d. c.* 30. *n.* 32. Medices *in tract. mors omn. ſolvit, n.* 118. Vela *de pœn. delict. cap.* 21. *verſ.* 2. Et plurimi apud *Sanch. & Cevall.* qui hoc de jure Regio indubitabile dixit, & ab omnibus Hiſpanis Interpretibus teneri, teſtatur Guttierr. per leges Regni, quas *D. Covar.* refert, lexque *Ordinamenti* inſerta eſt novæ Recopilationi, quæ eſt *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 8. Undè non pauci quamvis de jure communi contra ſentiant, hanc de jure noſtro veram opinionem profitentur, ut Ant. Gom *d. n.* 16. *in fin.* Villalob. *in antinom. jur. civil. & Regn. lit. F. verb. Filius, n.* 45. D. Covar. *infra, verſ. Quarto ſolet.* ab his tamen recedit Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 5. *ad medium.*

Sed oppoſitum, & ſic quod omnes filios *d. l. quiſ-* 71
quis, comprehendat, tuentur Greg. Lop. *ubi proximè,* Ant. Gom. *ſup.* Menoch. *d. præſ.* 33. *n.* 16. Merlin. *d. q.* 30. *n.* 17. *verſ. Ipuncto juris,* Farin *de crim. læſ. Majeſt. q.* 116. *n.* 91. Gig. *d. tit. de pœn. quas fil. incur. q.* 5 *n.* 2. Afflict. *in conſtit. Regn. Sicil. rubric.* 2. *n.* 39. Boër. *dec.* 7. *n.* 6. Dec. *ſup. l.* 7. *c.* 41. *n.* 8. Cantera *in quæſtion. crim. tit. de quæſtion. tangent punit delictor. c.* 1. *n.* 11. Villadieg. *de hæretic. q.* 23. *ad finem,* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *in fin.* Bellapertica *in l. nullus C. ad leg. Iul. Majeſt.* Roland. *conſ.* 74. *n.* 2. *vol.* 3. Platea *in §. Publica autem, n.* 27. *Inſt. de public. judic.* Quæ ſententia quoad jus commune verior eſt, prout ſentit D. Covarr.

Verſ. *Tertiò, opinioni Calderini.*

Filium Regis, vel Ducis, aut alterius in dignitate 72
conſtituti dici non poſſe, nec prærogativis, ut talem gaudere, qui ante adeptum Regnum, aut Ducatum natus eſt; potioremque eſſe filium minorem natu in ſucceſſione Regni, ſi poſtquam pater illud obtinuit, editus ſit, ſentiunt Didac. Per. *in addit. ad Segura, in l. unum ex familia, §. Sed ſi fundum, n.* 72. *ff. de leg.* 2. *& in l.* 5. *verb. No gozen, tit.* 1. *l.* 4. *Ordinament.* Cremenſ. *ſing* 50. Cevall. *q.* 653. *n.* 21. Cotta *in memorabilibus, verb. Primogenitus, verſ. Sed quid ſi Rex*, Sanch. *d. c.* 27. *n.* 14. *in* 9. *argum.* Cifuent. *in l.* 40. *Taur in* 4. *q.* Mart. Laudenſ. *in tract. de primog. q.* 3. & alii quos laudat Cald. *de nominat. emphyteuſ. q.* 13. *n.* 45. *verſ. Neque abs re,* & Guiliel. *in c. Raynutius, verb. in eodem teſtamento, el primero, nu.* 200. Hinc in Perſia inter Artaxerxem, & Xerxem Darii filios mota controverſia ſuper Regni ſucceſſione; nam ille, licèt primogenitus eſſet, ante patris dignitatem eſt natus, hic verò, qui erat minor ætate, à parente jam Rege fuerat genitus, huic Regnum adjudicatum eſt, judice Demarato Spartanorum Rege, ut refert Juſtin. *l.* 11. *de bell. extern.* Herodot. *l.* 7. Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus, limit.* 11. *n.* 22. *C. de inoffic. teſtam.* Simili modo deciſa eſt cauſa de Mediolanenſi Ducatu inter Ludovicum, & Galeatium fratres, Rainald. Corſ. *lib.* 3. *indagation. jur. c.* 6. Guicciardin. *l.* 2. *hiſtor.*

Ibi: *Hanc profectò opinionem.*

Contrarium verò probatur *ex l.* 2. *§. In filiis, ff.* 73
de Decurionib. l. moris 9. *§. Parentes, ff de pœn.* & cum *D. Covar.* plurimi ſentiunt, qui exiſtimant nihil intereſſe, filium ante, vel poſt dignitatem patris naſci. Ant. Gom *in l.* 40. *Tau. n.* 67. P. Molin. *diſp.* 624. *n.* 1. *verſ. Porrò in majoratibus.* Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 10. *tit.* 15. *p.* 2. Molin. *de primog. l.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. ubi Addition. notant, hoc jam propter receptam conſuetudinem eſſe extra controverſiam; Menoch. *de præſumpt. l.* 4. *præſ.* 92. *numer.* 5. Mier. *de majorat. part.* 2. *q.* 3. *illat.* 5. Cujac. *in l. ſi Senator, C. de dignitatib. l.* 12. Petr. Greg. *ſyntagm. l.* 45. *cap.* 3. *num.* 5. Hotom. *in illuſtr. q.* 1. Duaren. *l.* 2. *diſp. anniverſ. c.* 29. Joan. Milſ. *in repertor. verb. Filius primogenitus.* Salycet. *in l. Imperialis, §. Illud, C. de nup.* Azev. licèt diſtinguat, *in l.* 1. *n.* 83. 84. *tit.* 1. *l.* 6. *Recop.*

Ibi: *Quibus accedit; & convenire videtur.*

Filius nobilis non eſt, poſt cujus nativitatem 74
parenti privilegium nobilitatis conceditur, *l.* 1. *tit.* 1. *l.* 6. *Recop. l. ult. C. de Decurionib. l.* 10. Guttier. *d. c.* 30. *n.* 36. P. Molin. *d. diſp.* 658. *n.* 21. *verſ. Tertiò ex lege.* Menoch. *conſ.* 267. *nu.* 11. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad Auth. quòd eis num.* 7. *verſ. Dum textus, C. de nupt* Otaloi *de nobili. part.* 4. *princip. e.* 2. Sanch. *ubi proximè*, Ceval. *ſup n.* 22. Azeved. *in d l.* 1. *n* 82. Aliud erit ſi poſt conceptionem ante nativitatem pater nobilis efficiatur, argum, *l. qui in utero* 7. cum *ſimilib ff. de ſtat. homin.*

75 Quæret aliquis, cur quoad dignitatem non conſtituitur ea differentia, quæ quoad nobilitatem admittitur inter liberos ante, vel poſt eam adeptam procreatos? Cui reſponderi poterit, ad nobilitatem non ſufficere, ut quis filius nobilis ſit, ſed neceſſariò deſiderari, ut ex generoſo patre procedat; undè qui ante privilegium patri conceſſum naſcuntur plebei ſunt, quamvis filii Nobilis jam dici poſſint. Poſteà verò progeniti ex nobilitato genitore oriuntur, atque ita Nobilium numero adſcribuntur. At ut quis gaudeat privilegiis paternæ dignitatis, in ipſamque ſuccedat, opus non eſt quòd à Rege, Duce, aut Senatore gignatur, nam ſat eſt ex eo natum eſſe, qui aliquando ad aliquod honoris faſtigium evehitur, *l. Senatoris filium* 5. *ff. de Senatorib.* nec ſuperveniens ſtatus paterni mutatio jus filiationis, & vinculum diſſolvere poteſt. Hinc provenit, ut liberi poſt dignitatem quæſiti melioris conditionis non cenſeantur, etſi à clariori parente procreantur, quia ſolùm, an filii ſint? attenditur.

Ibi: *Imò ego idem reſponderem.*

76 Hanc ampliationem ad concluſionem proximè traditam, ut ſcilicèt privilegium nobilitatis conceſſum alicui, ejuſque poſteris liberos jam natos non comprehendat, tuetur P. Molin. *ubi proximè.* Azeved. *ſup. d. n.* 82.

Ibi: *Quin, & illud, ni fallor.*

77 Ratio hujus declarationis ad legem Regiam manifeſta eſt; nam confirmatio eſt juris quæſiti corroboratio, quæ nihil de novo tribuit, niſi aliud de mente confirmantis appareat, *cap. inter dilectos* 6. *§. Cæterum, de fide inſtrum. cum quia diverſitatem* 5. *§. Mandamus, de conceſſ. præb. n.* 1. *l & quæſt.* 6. *ff. de juriſdict. omn. jud. l. Aurelius* 29. *§. Teſtamento, ff de libera. legat.* Tuſch. *lit. C. conc.* 705. *&* 708. Guttier. *pract. lib* 5. *c.* 17. *n.* 43. Seſſe *Aragon. deciſ.* 15. *n. ult.* Azeved. *ubi proximè, n.* 72. *&* 73 Rot apud Farinac. *deciſ.* 123. *n.* 5. *p.* 1. *recent.* Menoch. *conſ.* 191. *n* 46. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c* 30. *n.* 13. Dec. *in rubr. de confirm. util. vel inut.* Mareſcot. *variar. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 5. 6. Lotter. *ſup. lib.* 2. *q.* 54. *n.* 64.

Verſ. *Quartò ſolet pro Calderino.*

78 Hanc ſolutionem *D. Covar.* quæ veriſſima eſt, impugnant Sanch. *d. c.* 27. *n.* 14. *col.* 3. *in fin. verſ. Sextò, ex l.* 2. Molin. *d. diſput.* 658. *n.* 5. Qui rejiciunt differentiam inter delicta, ex quibus filii ob paternum crimen plectuntur, & alia; ut anteà nati teneantur, ſed immeritò; nam in aliis criminibus præter læſæ Majeſtatis liberi poſtea procreati prærogativa paternæ dignitatis non gaudent; non in pœnam, ſed quoniam ab homine privato ſunt geniti qui dignitate ob proprium ſcelus caret. Hæc autem ratio in eis, qui à patre in honore conſtituto, ante delictum ſcilicèt ſunt progeniti, omninò ceſſat, ideòque hanc diſtinctionem jura ſæpiſſimè admittunt; *l. emancipatum* 7. ubi Conſultus rationem reddit, ibi: *Nec enim propriè Senatoris filius dicetur is, cujus pater Senatu motus eſt, an equam ipſe naſceretur; ff. de Senatorib. l.* 2. *§. In avo, ff. de Decurionib.* Sed cum leges propter facti atrocitatem in liberos ſtatuunt, cùm tam ante, quàm poſteà nati, quàm pater deliquerit, liberi ſint omnes comprehendunt, quandoquidem ſine diſtinctione loquuntur, maximè ea ratione decidendi admiſſa ad eas conſtitutiones, quam probavimus *ſup. n.* 68. Ex quibus conſtat differentia rectè à D. Covar. *in præſenti* conſtitui, ut argumentum *Calderini* diluat. Ad quod eſt text. *in l. moris* 9. *§. Parentes, ff. de pœn.*

Ibi: *Hujuſque opinioni cenſentur eſſe.*

Sequentibus, & aliis fundamentis, quæ adverſus 79
Calderinum ipſi adducunt; reſpondent Sanch. *n.* 17. & Molin. *ſup.*

Ad Num. 6.

Adde Guttier. *d. c.* 30. *n.* 46. At Sanch. *n.* 14. *poſt* 80
princip. in 2. *argum.* licèt fateatur, verba *d. c. non imputantur, q.* 4. non reperiri in loco, qui à *Gratiano* citatur; nihilominus ex aliis D. Auguſtini locis eandem ſententiam probat, & *D. Covar.* ſolutionem hic traditam refellit; ſed authoritates, quas adducit, palam agunt de peccato paterno quoad pœnam ſpiritualem, probantque nullum peccatum parentum officere poſſe filiis jam natis; nam originale duntaxat affecit poſt illud procreatos: quod ex eo apparet, quia in prædictis locis, ſemper eximius Doctor de peccato originali verba facit; & quidem ex Sacris litteris conſtat, filios jam natos ob patris culpam temporaliter plecti, ſic Cham delinquente, puer Chanaan filius ejus maledicitur, *Geneſ. c.* 9. *verſ.* 25. Similiter Acham ob peccatum filii, quos habebat tempore, quo deliquit, igne extinguuntur, *Ioſ. cap.* 7. *verſ.* 24. quidquid contra communem opinetur Vazq. *tom.* 1. *in* 1. 2. *diſp.* 135. *c.* 3. *n.* 13.

Ad Num. 7.

Poteſt quis juſtè ex cauſa ob alienum factum pœ- 81
na pecuniaria puniri, non corporali: quare Statutum illam imponens valet, Guttier. *à n.* 27. Ojeda *d. c.* 23. *n.* 107. Cacher. *Pedemont. deciſ.* 88 *nu.* 18. Clar. *d. lib.* 5. *§. fin. q.* 86. *n.* 5. Magon. *Lucenſ deciſ.* 17. *n.* 2. 3. *part.* 1. Farinac. *in prax. crimin. q.* 14. *nu.* 189. Caball. *reſolut. crimen. caſ.* 149. *n.* 18. Card. Tuſch. *lit. S. conc.* 605. *& conc.* 618. Ant. Gab. *commun. lib.* 3. *tit. de jur. quæſit. non tollendo; conc.* 2. *n* 18. *verſ. Quarò amplia.* Joan. de Platea *in rubr. c. verſ. Quod autem, C. decret. Decurion. lib.* 10. Cartar. *de execut. ſentent. capt. bannit. à nu.* 71. Luc. de Penna *in l.* 1. *verb. conveni, C. de omni ag. deſert. lib.* 11. Cyriac. *to* 2. *controverſ.* 356. *nu.* 46. Menoch. *de arb. trar. lib* 2. *caſ.* 346. *nu.* 10. latè Guazzin. *ſup. d. defenſ.* 33. *c.* 2. *nu.* 8. Idemque conſuetudine poteſt introduci Roman. *conſ.* 30. Menoch. *n.* 11. qui alios refert aſſerens, ea ſtatuta rigore eſſe plena, & ideò ſtrictiſſimè interpretanda: & ita docent Dec. *in l. extra territorium, nu.* 5. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Marſil. *ſing.* 224. Tuſch. *d. conc.* 605. *nu.* 20. Cyriac. *ſup. nu.* 43. Merlin. *ſtatim laudandus, nu.* 10. Maſcard. *de ſtatut. conc.* 4. *ex n.* 91. unde cùm quis pro alieno crimine puniendus venit, illud plenè probari oportet per veras probationes; nec ſufficit, ut reus pro confeſſo propter contumaciam habeatur; Card. Tuſch. *lit. P. conſ.* 212 Maſcard. *ſup. conc.* 1. *n.* 19. Guazzin. *nu* 9. & dixi *ſup.* de liberis hæreticorum agens.

Ibi: *Nihilominus verum eſt.*

Valet ſtatutum, ut quis propter delictum ab alio 82

commiſſum infamia notetur, ſi juſta ſit cauſa: Tuſch. lit. P. conc. 212. nu. 48. Clar. ubi proximè, Farinac. d. quæſt. 24. nu. 192. qui fatentur hoc duriſſimum eſſe, & in crimine læſæ Majeſtatis duntaxat ob immanitatem ſceleris tolerari; quare talia ſtatuta non valere, docuit Bald. in rubric. C. res int. alios act.

Verſ. *Hinc apparet.*

83 Statutum tenet, quo cavetur, ut pater ſit aſtrictus ad ſolvendam pœnam pecuniariam pro filio delinquente intra Legitimam, Tuſch. d. conc. 618. nu. 9. Bonacoſ. commun. tom. 1. lib. 4. tit. 6. n. 10. Mich. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. Legitima, quæſt. 12. nu. 3. verſ. Sed diverſum, Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 33 ex nu. 7. Clar. d. quæſt. 86. nu. 8. Surd. deciſ. 314. n. 1. Farinac. nu. 160. Caball. ſup. caſ. 250. nu. 1. Gomez. in §. Actiones, nu. 24. Inſt. de actionib. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubric. 7. §. 2. nu. 5. Duennas reg. 356. nu. 2. Cagnol. in l. ult. n. 287. C. de pact. Suar. receptar. ſentent. verb. Legitima, nu. 67. Padill. in l. ſi emancipata, nu. 34. C. de jur. & fact. ignorant. Menchac. de ſucceſſion. creat. §. 20. nu. 286. Joſeph Ludovic. Peruſ. deciſ. 11. num. 24. Guttier. de delict. quæſt. 42. nu. 8. & in §. Sui, nu. 90. Inſt. de hæred. qualit. ubi ampliat, etiam ultra legitimam. Quod Statutum ea nititur ratione, quia parentes ita magis ſtudebunt, ut filii bonis moribus imbuantur, ac potiùs in bono quàm in malo verſentur, Caball. ubi proximè, Roman. in l. ſi filiofam. la 2. nu. 2. verſ. Quoad ultimum, ff. ſolut. matrimon. Ruid. conſ. 8. n. 1. lib. 5.

84 Sed præfato ſtatuto locus non erit, ubi pater delinquentis habet nepotem ex eo, quia minimè ad ſolutionem condemnationis pecuniariæ tenebitur, Bald. in l. ſi qua pœna, in prim. lectur. verſ. Quæro pater habet filium ff. de iis, qui ſui vel alien. jur. ſunt, Tuſch. n. 11 Joſeph. Ludov. ſup. nu. 27. cum ſeqq. Craſſ. nu. 4. Surd. deciſ. 167. per totam, Baiard. ad Clar. d. quæſt. 86. nu. 23. Ruin. nu. 6. Merlin, latè, quæſt. 36. per tot. Caball. nu. 23. Farinac ſup. n. 172. Quod tamen fallit in crimine læſæ Majeſtatis; Baiard. ubi proximè, Farinac. ſup. n. 172. Merlin. qu. 36. in fine.

85 Similiter locus non erit ſtatuto, ſi filius, qui deliquit, ſolvendo ſit; Caball. nu. 32. ubi alii. Neque in nepote delinquente, quamvis pater ejus de medio ſit ſublatus, Caball. nu. 21. Merlin. ſup. quæſt. 37. n. 5. ubi diſputat Ruin. n. 5. Dyn. in l. lege Iulia, §. Hoc capite ff. de rit. nuptiar. Nell. in tract. de bannit. 1. q. 34. in fine, de aliis limitationibus conſulas Caball. d. caſ. 250. & Clar. d. §. fin quæſt. 86.

86 Præter quas aliam à ſe primùm excogitatam tradit d. q. 33. in fine. & lib. 4 tit 1. quæſt. 4. n. 21. quando ſcilicet crimen admittit, propter quod filius poteſt exhæredari, ut hæreſim; nam pater exhæredando illum, pœnæ pecuniariæ ſolutionem effugiet, ad quam ex ſtatuto tenebatur: ducitur ea ratione, quoniam per delictum filii fuit jus quæſitum patri ad excludendum illum à legitima, cui per ſtatutum non cenſetur fieri præjudicium; atque ita præveniendo fiſci petitionem, eodem potior erit; quæ ſententia licèt humanitate, ac æquitate fulciatur, ut idem *Merlinus* aſſeverat, difficultatibus non caret; nam cùm fiſcus ſtatim, filio damnato, legitimam illi competentem extorqueat, ipſe ita prævenit, ut jam exheredationi locus non relinquatur, quæ in tempus mortis exhæredantis confertur, ſicut cætera, quæ teſtamento diſponuntur, l. 1. ff. de teſtament. cùm exhæredatio niſi in teſtamento facta non teneat, §. Codicillis, Inſt. de codicill. Nec intereſt, quod pater antequam fiſcus agat, filium reum exhæredem faciat; quia non inſpicitur tempus, quo diſponitur; ſed illud ad quod diſpoſitio confertur: l. in tempus 62. ff. de hæred. inſtit. l. ſi is qui hæres 11. ff. de vulgari, l. Titio cum morietur 56. ff. de uſufruct. Bald. in l. ſi res, Cod. de jur. dot. Menoch. conſ. 770. n. 2. Tiraquel. de primogen. quæſt. 40. n. 174. Unde cùm fiſcus præoccupet legitimam filii, nihil ſupereſt, quod per exhæredationem pater poſſit eidem adimere.

87 Deinde in contrarium movet, quòd donatio ingratitudinis in præjudicium Tertii non revocatur, l. ſi poſt divortium 70. §. patrona, ff. de jur. dot. l. ſi dotem 24. C. eod. Bald. in d. §. Patrona, Salicet. in d. l. ſi dotem Rip. in l. ult. quæſt. 51. C. de revocand. donat. & alii, quos refert Menoch. conſ. 723. n. 2. diximuſque ſup. lib. 1. c. 11. in fine, ergo eodem modo pater non valebit in præjudicium fiſci, cui jus quæſitum eſt, filium ſuum propter ingratitudinem, aliamve cauſam exhæredare, cùm eadem ratio in utroque caſu reperiatur.

88 Tandem idem ſuadet, quod ſi patri liceret per exhæredationem impedire confiſcationem legitimæ filii, inane foret ſtatutum, quo caveretur, ut pater ſolveret pecuniariam condemnationem illis caſibus, quibus filius poſſet exhæredari, cùm in poteſtate patris eſſet, ſtatutam pœnam evitare, ac mentem ſtatuentium eludere, lex enim niſi in invitos reddatur, nullius erit momenti, atque ideò ejus virtus eſt punire, & coërcere; l. 1. l. legis virtus 7. ff. de legib. Igitur ſtatutum, per quod pater cogitur ſolvere pro filio condemnationem, locum habebit, etſi de jure delinquens poſſit exhæredari. Alioquin quod una via denegatur patri, ſcilicet legitimæ filii retentio, alia permitteretur: adverſus juris principia; c. unic. de Cleric. conjugat. in 6. & c. cum quid 84. ubi notatur, de reg. jur. eod. lib. Menoch. conſ. 285. nu. 41. Cyriac. tom. 3. controv. 437. n. 12. ex quibus & aliis conſultò omiſſis, quæ facilè occurrent, dubia redditur *Merlini* ſententia: quæ tamen probari rectius poterit, cùm pater ex delicto, vel ingratitudine præcedenti, filium exhæredem fecerat, ac poſtea fuit damnatus filius ex novo crimine pœna pecuniaria, quam pater ſolvere deberet; tunc enim prævenit cauſam fiſci, nec ſuo jure privari æquum eſt: maximè cùm alias poſſet filius in odium patris, à quo ſe exhæredatum cognovit, tale ſcelus admittere, ex quo veniret pœna pecuniaria plectendus, ut ita fiſcus legitimam patri auferret. Quod, cùm hujuſmodi ſtatuta odioſa ſint, erit faciliùs admittendum.

89 Ad tradita paulò ſuperiùs ſunt aliqua obſervanda. Primùm ad comparationem legitimæ, ut pater eam ſolvat pro filio delinquente, inſpiciendum eſſe tempus ſententiæ, perinde ac ſi tunc ille moreretur; nec ampliùs tenebitur fiſco, aut filio, etſi adaucto patrimonio, decedat; quemadmodum nec repetere poterit, ſi exhauſtis facultatibus obeat; Tell. Fernand. in l. 22. Taur. n. 14. Caball. d. caſ. 250. nu. 26. Nell. ſup. part. 1. temp. 2. quæſt. 35. Merlin. qui de praxi teſtatur, d. lib. 3. tit. 1. quæſt. 39. nu. 3. ubi tres refert opiniones, de quo etiam videre oportet Farinac. dict. quæſt. 24. n. 187. Mangil. de imputat. quæſt. 41. Guttier. in cap. quamvis pactum, verbo, à filia, n. 13. 14. de pact. in 6. Secundum; filium poſſe poſt delictum renunciare ſuæ legitimæ ante condemnationem, atque ita non erit locus confiſcationi ex ſtatuto, Merlin. q. 38. n. 4. Mag. q. 4. n. 6. Quod limita, ſi in fraudem, vel in crimine, quod delinquentem privat bonis à die delicti, ut Majeſtatis, argument. l. ſi donationes 32. § ult. ff. de donationibus. Tertium; patrem non teneri, ſi filius ut contumax, & non ex legitimis probationibus condemnetur, Merling. quæſt. 35. à princip. Farinac. pluribus laudatis, n. 176. Alciat. de præſumpt. reg. 9. præſumpt. 22. n. 2. Sim. de Pratis conſ. 65. n. 1. Bertaz. conſ. 83. n. 14. lib. 1. Quartum; non eſſe neceſſarium, ut pater citetur in cauſa, quæ adverſùs filium delinquentem tractatur, ad ſolutionem legitimæ, niſi quando filius abeſſet, & propter ejus contumaciam juxta formam ſtatuti pater teneretur, tunc enim citari debet, ut ſententia ei præjudicium pariat, Farinac. n. 183. Merlin. ubi proximè, n. 7.

Ibi: *Quamvis ſecluſo ſtatuto.*

90 Secundum jus commune, pater non eſt aſtrictus ad ſolvendam legitimam filii delinquentis, ut pecuniariæ pœnæ illi impoſitæ ſatisfiat; Farinac. ſup. n. 16. Caball. d. caſ. 250. quæſt. 12. n. 2. Clar. d. quæſt. 86. nu. 3. Duennas ſup. reg. 356. nu. 2. Craſſi quæſt. 12. n. 2. Padilla ſup. n. 33. Merlin. quæſt 33. n. 2. Menchac. d. §. 20. n. 285. Boër. deciſ. 22. Ruin. conſ. 149. n. 3. Viv. commun. tom. 1. lib. 3. tit. 16. de inofficioſ. teſtament. n. 55. verſ. Et hinc eſt, Suar. ubi ſuprà, Valdes in addit. ad Roderic. Suar. in l. poſt. rem judicatam, notab. 13. ff. de re judicat. Valaſc. de partitionib. cap. 21. nu. 2. Surd. d. deciſ. 167. n. 1. Joſeph. Ludovic. ubi ſuprà, Tuſch. litt. P. concl. 212. n. 15. Guttier. d. q. 42. n. 1. 2.

91 Quod limitatur, ſi filius veniret capite plectendus, niſi pecuniaria ſolveretur, Valaſc. ubi proximè, vel ſi in vinculis publicis detineatur dum ſolvat, Farin. n. 21. Duennas limit. 5. Merlin. ſup. lib. 2. tit. 2. quæſt. 25. n. 3. Guttier. n. 7.

Ibi: *Et quod publicatis ob crimen bonis.*

92 Bonis filiifamilias ob crimen fiſco addictis peculium caſtrenſe, vel quaſi, patri relinquitur, Menoch. de recuperand. remed. 9. n. 70. Sanch. d. lib. 2. c. 15. n. 4. ubi diſputat; Emman. Suar. in addit. ad Ant. Gom. lib. 2. variar. c. 15. n. 15. litt. D. Clar. d. §. fin. quæſt. 78. nu. 13. Fachin. lib. 2. controverſiar. 9. c. 49. in fine, Dueñ. reg. 275. limit. 7. Mier. de majorat. in prim. edit. part. 4. quæſt. 23. nu. 19 Joan. Oroſc. in l. 3. §. Si filius meus, verb. in magiſtratu, n. 8. ff. quod quiſq. jur. Farinac. ſup. nu. 11. cum ſeqq. Roderic. Suar. in d. l. poſt. rem judicatam, notab. 13. n. 2. Maranta in prax. part. 6. in ult. actu, n. 36. Coſta in l. qui duos, §. Cum in bello, verb. patris, n. 11. ff. de reb. dub. Boër. deciſ. 7. n. ult. Bernard. Diaz. in prax. c. 132. n. 6. in nov. edit. Guttier. de delict. quæſt. 41. ex n. 14. vide infrà, n. 95.

93 Hoc ampliatur, quamvis filius, cujus bona publicantur, prolem habuerit; nam adhuc peculium illud patri quæritur, Alexand. in l. ſi finita, §. Si de vectigalibus, verſ. Adde, quod gloſſa, ff. de damn. infect. Salycet. in l. 3. n. 2. C. de bon. proſcript. Benedict. de Plumb. in l. poſt dotem, n. 17. ff. ſol. matrimon. Sanch. nu. 5. Emman. Suarez ubi proximè, Peregrin. de jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 130. & hæc eſt de jure vera ſententia, quamvis contrariam ſuſtineant Bald. in l. exequutorem, n. 3. in fine, verſ. Si verò ſit Caſtrenſe, C. de exequut. rei judicat. Bald. in d. l. poſt. dotem, n. 26. Jaſ. ibi, n. 95. Bald. Novell. de dot. part. 8. princip. privileg. 10. n. 3.

Ibi: *Sicut nec publicatis bonis.*

94 Bonis patris ob ejus crimen publicatis, peculium etiam profectitium non publicatum; ita reſolvit, pluribus cumulatis, Sanch. d. lib. 2. c. 16. à n. 21. ubi latiſſimè de hac materia, per totum, ibique de peculio Caſtrenſi, & de uſufructu adventitiorum. De quo etiam Farinac. dict. q. 24. ex nu. 25. Pat. Molin. diſp. 9. Ant. Gom. n. 16. 17. Azeved. in l. 1 tit. 3. lib. 8. Recopilat. n. 209. Clar. nu. 14. Menoch. n. 73. Duennas ſup. Roderic. Suar. ubi proximè, n. 6. 9. Eſt tamen communis opinio, quod ob crimen læſæ Majeſtatis profectitium peculium publicatur; quam tenent Farinac. ſup. & quæſt. 116. de crim. læſ. Majeſt. §. 3. n. 115. Decian. d. c. 41. nu. 23. Cantera in quæſt. crimin. tit. de quæſt. tang. punit. delict. cap. 1. nu. 37. Peregrin. d tit. 11. n. 126. Quemada in quæſt. Fiſcalib. quæſt. 19. Gig. ſup. tit. de pœn. commit. hoc crim. quæſt. 14. n. 4. Alex. in l. ſi finita, §. Si de vectigalibus, n. 44. 46. ff. de damn. infect. etſi contradicat Sanch. n. 23. de quo etiam Guttier. ſup. quæſt. 40.

Ibi: *Contrariam ſententiam hodie.*

95 Sed quod peculium Caſtrenſe cedat Fiſco, & non patri, bonis filii publicatis propter delictum, ſentiunt non pauci exiſtimantes, l. ſi filius 3. C. de bon. proſcriptor. (quâ oppoſita opinio apertè probatur) correctam eſſe per Authent. de hæred. ab inteſt. venientib. §. Si quis igitur, collat. 9. ex quo deſumpta eſt Authent. defuncto, C. ad Tertyllian. Ita Ant. Gom. d. c. 15. n. 15. Gig. de crimin. læſ. Majeſt. lib. 2. tit. de pœn. committent. hoc crim. q. 12. n. 2. Simanc. ſup. tit. 9. à n. 13. Cald. in l. ſi curatorem habens, verb. læſis, n. 112. verſ. Sed in oppoſitum C. de in integ. reſtit. Azeved. in l. 1. n. 210. tit. 3. lib. 8. Recopil. Vald. ſup. n. 2. verſ. Sed in peculio Caſtrenſi, Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſ. 8. & tom. 2. lib. 2. c. 22. quæſ. 8. Pat. Vazquez 1. part. q. 96. art. 5. diſp. 169. c. 1. n. 9.

Non tamen eſt à priore ſententia recedendum ob fundamenta, quæ ſunt apud Sanch. d. nu. 4. quibus addi poteſt, quod cum favore militum fuerit inductum, ut filiifamilias poſſent de Caſtrenſi peculio liberè diſponere, hic favor non debet in eorundem damnum retorqueri; l. quod favore 6. C. de legib. l. nulla juris 25. ff eod. c. quod ob gratiam 61. de reg. jus. in 6. prout retorqueretur, ſi peculium Caſtrenſe potiùs ad fiſcum, quàm ad patrem pertineret. Aliqui hoc limitant in crimine læſæ Majeſtatis, ut Farinac. nu. 14. Gigas dict. quæſt. 12. Oſaſch. deciſ. 9. Quemada in ſuis quæſt. Fiſcalib. q. 16. Guttier. d. q. 41. n. 19. contra Sanch. d. c. 15. n. 4. in fine, & hoc magis juri conforme eſt.

Verſ. *Ex his patet.*

96 In publicatione bonorum filiifamilias non venit ejus peculium adventitium, in quo pater uſumfructum habet, ſed huic etiam quoad proprietatem omninò quæritur; Menoch. ſup. ex n. 66. Sanch. nu. 9. Anton. Gom. nu. 14. Clar. d. §. fi. quæſt. 78. nu. 12. Farin. nu. 5. Carleval. de judiciis, tom. 2. tit. 3. diſp. 20. n. 6. Roderic. Suar. ſup. notab. 13. Aſcan. Clemens de patr. poteſt. c. 6. effect. 2. nu. 36. 37. Bern. Diaz ſup. c. 132. nu. 6. in nov. edit. Boër. d. deciſ. 7. nu. ult. Maranta in prax. part. 6. in ult. act. nu. 135. Peregrin. ſup. d. tit. 1. n. 128. Tuſch. d. conc. 212. n. 16. Mendes in l. cum oportet, n. 85. 92. C. de bon. q. liber. Azeved. in l. 1. n. 212 tit. 3. lib. 8. Recopilat. Boſſi in prax. tit. de bonor. publicat. n. 71. Guttier. d. qu. 41. n. 3. cum ſeqq. licèt contra ſentiant aliqui ſtatim recenſendi n. 99.

97 Quod ampliatur, quamvis filius ex conſenſu patris adventitia liberè adminiſtret, Roman. in l. filiofam. la 2. ff. ſolut. matrim. Guttier. n. 10. Abbas conſ. 66. n. 5. volum. 2. Boër. n. 16. Baiard. ad Clar. d. quæſt. 78. n. 55. Farinac. n. 8. verſ. Verùm ego, pro quibus facit l. creditor. 60. §. Lucius ff. mandat. etſi contrarium magis placuerit; Bart. in l. ſi finita, §. Si de vectigalibus,